



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXV. Romana pecuniaria. Hæres beneficiatus solvens liberè, & non
obtentâ cautione, creditoribus posterioribus primò venientibus, an, &
quando dicatur malè solvere, ita ut ad reiteratam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

par. 7. recent. ac habetur specialiter actum sub tit.
de Regalib. ad materiam officiorum disc. i. hoc sit. in
materia hærediti putativi disc. 18. unde inferabant,
quod ipse non posset dici vicius possessor ob ex-
ploram, vel implicitam, ac virtualem restitucionem
sibi factam per hæredem, à cuius manu possessio-
nem bonorum fideicommissariorum accepatur, i-
deoque dici poterat legitimus contradictor.

Istud fundamentum, in decisionibus neglectum
fuit, & tamen mihi maiorem inferebat difficulta-
tem, cum ita sufficeret videbatur, ut possessor excu-
saretur à vicio, ac delicto spoliandi hæreditatem
vacantem, seu capiendo possessionem propriæ au-
toritatem, ac alias quā in manu hæredis, ubi possi-
mū dedit bona fides ex parte utriusque hæredis,
putativi scilicet, & fideicommissarii, ab ejus manu
capiens, cum isto casu cesseret inconveniens, quod
ego in præsenti causa ponderabam, ut scilicet fidei-
commissarius illicet sequitur morte gravati, ante-
quam aperiretur testamentum, ac detegetur verus
heres, colludere posset cum proximiori ab intestato-
re declarante hæredem, atque hujusmodi restitu-
tionem faciente.

Respondendo autem objecto, etiam in casu fin-
cieratis, ac bona fidei ex parte utriusque; Dice-
bam, quod gesta per hujusmodi putativum hære-
dem, attendi quidem debet, ac valida censeri ad fa-
vorem contendens de damno vitando, ut ab isto
preservetur, & in his terminis loquantur jura & au-
toritates, de quibus proximè suprà; Non autem ad
effectum reportandi lucrum facti permanentis, &
continuativum etiam post dictionem verum hæredem,
ut in præscuti sequeretur, quoniam fideicom-
missarius ita lucrum reportaret, quod resultat
à commode possessionis pendente lite super fidei-
commissi existentia, & bonorum identitate, ac de-
tractionibus; Et converso autem, per immisionem,
que vero hæreditarebatur, in nihilo damnificatus re-
maneret, quoniam jus suum adhuc salvum esset; Et
cum enim tria sine requisita copulativè necessaria,
ut fideicommissarius dicatur, hæredilegitimus con-
tradictor; Primo scilicet, ut fideicommissum sit
clarum, tam ratione existentia, quām pertinentia,
ac identitatis bonorum, cum una ex hujusmodi tur-
bido sufficiat) Secundo, quod certū sit nullas
competere detractiones; Et tertio, quod posses-
sion non sit viciosa, ut sibi plus advertitur in sua materia
sub tit. de fideic. & sub altero de detractionib. Hinc
sequitur, ut posito quod ratione dicitur bona fidei ve-
rificetur tertium requisitum, atque ita tolli dicatur
possessionis vicium, non in te tamen sequitur verifi-
catione aliorum duorum requisitorum, super quibus
heres cogendus non est litigare manus vacuis,
dum in hac facti specie praecipuus disputationis
punctus, ac effectus præsumtum consistebat in detrac-
tionibus, quarum ratione, creditores nomine Mo-
nasterii causam sublinebant, sperantes ex illis satis-
factionem obtinere; Et ex his putabam, quod
objecto bene satisfactum esset; Mirabar tamen,
quod punctus, tanquam exemplaris, non exami-
natur in decisionibus, cum in eo præsentis contro-
versi cardo difficultatis consistere videretur; Et
conferunt, quæ de fideicommissario apprehenden-
te possessionem sine vicio, & tamen, quod non per
hoc sicut heredilegitimus contradictor habentur sub
tit. de fideicommissis discurs. 197. & 198. & sub
tit. de legitima & detractionib. disc.
25. & in aliis.

† †

Pars II. de Hæredis.

ROMANA PECUNIARIA.

SEU

REDDITIONIS RATIONUM

PRO

BARTHOLOMÆO CAPRANICA

CVM

MASTINIS.

Casus decisus per Cameram pro Mastinis,
postea concordatus.

Hæres beneficiarius solvens liberè, & non
obtentā cautione, creditoribus posterioribus
primò venientibus, an, & quando dicatur malè solvere, ita ut ad reite-
ratam solutionem de proprio teneatur
anterioribus inventario non obstante.

SUMMARY M.

- 1 F^{allit} series.
- 2 F^{allit} sententia status facit jus quoad omnes, in
specie de sententia super canonizationis
inventarii.
- 3 Status hæreditatis firmatus cum unis, facit jus quo-
ad alios.
- 4 Item redditiorum facta per hæredem bene-
ficiatum.
- 5 Quomodo decidenda questio, an hæres liberè sol-
vens creditoribus primò venientibus bene sol-
vat, vel male.
- 6 Pender ab eo, an sit in bona, vel mala fide.
- 7 Anterior citatus, & negligens in concursu sibi
praedicat.
- 8 Hæres solvens posteriori, presente, & non opponente
anteriori, est citatus.
- 9 Communis usus est, ut creditoribus hæreditariis
non solvatur liberè.
- 10 Hæres beneficiarius dicitur administrator.
- 11 Creditores anteriores habent ius avocandi à poste-
rioribus, quibus per posteriores est liberè solutum
non possunt nisi all. gare bonam fidem.

DISC. XXV.

D^{icitur} funto Laurentio Celsi Episcopo Ca-
stren. de anno 1603. scripta hæredi Isab-
ella germana sorore, hæc hæreditati
tem adiutum cum beneficio inventarii,
quod solemniter, juxta consuetum stylum confe-
cit, sed, vel ex mulierbris implicitate, vel proba-
bilis ab ejus corruptis ministris, ac directoribus
decepta, liberè, & absque solita cautione satisfecit
creditoribus hæreditariis primò venientibus. Unde
ad plures annos, eā defunctā, cum Mastini ejusdem
hæreditatis creditores, Bartholomæum ejus filium,
& hæredem pulsarent ad solutionem, petendo ex-
ecutionem mandati obeenti contra bona propria di-
cta Isabellæ, cum præfixione termini ad docendum
de inventario, & reddendum rationes juxta
proxim positam per Salustium; Reus autem con-
ventus exhibuisset inventarium, atque rationes

E red.

De LUCA
de
stamentis
etc.
GVI

DE HAEREDE ET HAEREDITATE.

rediūset, ex quibus, detractis bonis jure fidei-commissi restitutis ad favorem agnatorum, ac debitis solutis, constabat quod nil remanceret; Ad-huc tamen creditores prætendebant locum esse eorum petitioni; Tum ob inventarium defec-tum; Tum ex eo quod male dicta Isabella liberè sol-venset creditoribus posterioribus, ab eis non reportata cautione de restituendo anterioribus, & potioribus, unde propter ea solutiones prædictæ sibi bo-nificanda non essent; Quare assumpta desuper di-sputatione in Camera coram Aquino, (ubi alia occa-sione reperiebatur introducta causa universalis super hac hæreditate,) sub die 25. Junii 1657. pro actoribus responsum fuit, atque in decisis perstitum, tam coram eodem, quam coram Cesarino in gradu appellationis, unde propter ea opus fuit, liti cedere, & se concordare.

Occasione autem hujusmodi disputationum, in congressibus juxta stylum habitis, præsertim in ultimo, super deliberatione, an ad concordiam de-veniendum esset; Videbatur quod primum Aetorum fundamentum super defec-tu inventarii verè non subfilteret; Tum quia levès, & scrupulo-sa erant solemnitates, de quarum defec-tu oppone-batur, atque de earumdem negativa coarctata ne que constabat, unde potuerunt esse adhibitæ, sed stante longi temporis tracti peregrinæ, juxta ea que habentur in Arianen. disc. 19. Tum etiam quia in-ventarium, jam prævia formaliter discussione cum aliis interessatis, à nobili tempore canonizatum fuerat, tanquam validum per sententiam Rotalem latam prævia decisione coram Cavalier. inter ejus impress. decis. 50. Nil obstante, quod lata non esset cum ipsis actoribus, sed cum aliis, quoniam videbatur sententia super statu, qua lata cum legitimis con-tradictoribus, facit jus quoad omnes ad text. in l. ingenuum ff. de statu hominum cum ibi notatis, Greg. decis. 486. numer. 9. Buratt. decis. 780. numer. 4. Adden. ad eum decis. 358. Et de statu hæreditatis, qui 3 legitime, & non collusivè sit firmatus coram uno le-gitimo defensore, ut faciat jus quoad omnes habe-tur in Romana fidei commissi de Candidis prima De-cembribus 1651. coram Verospio decis. 202. par. 11. rec. ubi concordantes.

Quod in praxi quotidianum habemus super redditione rationum facta per hæredem beneficia-4 tum cum aliquibus creditoribus, quoniam ubi col-lusionis probabilis suspicio non adsit, facit statum quoad omnes; Et quidem durum, ac irrationabile videretur, ut postquam hæres curavit cum aliqui bus interessatis, & legitimis contradicitoribus di-ctum inventarium canonizari per sententiam tranfactam in judicatum, post longum annorum de-cursum, cogi debeat cum altero comparente, novum judicium ex integro desuper substincere, dummodo tamen fraudis, & collusionis probabiles conjecturæ non concurrent; Unde merito super hoc motivo, Judices nullum constituebant funda-mentum.

Difficultas autem erat in neglecta cautione; Atque super hoc, licet more Advocati scribendo ad causam, deducrem sola fundamenta hæredem excusantia; Nihilominus in dicto congressu, atque 5 in discursu ejus occasione edito ad veritatem, pro dicta prudentiali determinatione; Dicebam quod ista videtur quæstio potius facta, quam juris, ex facti particularibus circumstantiis decidenda, cum juris theorica hincidet per utramque partem deducta generaliter, & abstractè videatur plana; Si quidem hæredi assit regula deducta ex clara di-spositione text. in l. final. §. & si prefatam Cod. de

jur. delibera, ut hæres beneficiatus solvens primo ve-nienti sit tutus, neque ad aliud teneatur, ut firmans ibidem communiter Scribentes, de quibus plenè ex modernis Gannaver. decis. 8. ubi ex professo hæ-rem excusat curat.

E converso autem pro creditoribus contræ hæ-redem male posterioribus liberè solventem, ut ad reiteratam solutione cogendus veniat per anteriores, quoties sciat, vel suspicari possit quod hæ-reditas esset minus idonea, atque adesse possint ante-riores, est communis conclusio ex dispositione, vel ratione textus in l. dolo malo ff. ad falcid. firmata per glos. in eodem §. & si prefatam verb. & satisfaciam, ubi Bart. numer. 1. Castr. numer. 4. Angel. Salicet, Ias. & alii de quibus apud Gratian. discpt. 532. num. 6. Thesaur. jun. lib. 2. quest. forens. capit. 16. numer. 17. de Marin. lib. 2. variar. cap. 105. numer. 9. Salgad. in labyrinth. par. 3. capit. 8. numer. 26. Rot. apud Seraph. decis. 131. numer. 3. decis. 202. in fine post Zacob. de oblig. decis. 211. par. 10. rec. & in aliis sapient. adiutoriis etiam sub titulo de credito disc. 36. & 53.

Et sic est quæstio facta, & applicationis, an sci-licet, & quando hæres dicatur in mala fide, ut potest conscius quod adfint vel adesse possint creditors anteriores, vel informatus de malo statu hæreditatis, ita ut dicatur esse in dolo præsumpto, quodque cum mala fide gratificari voluerit creditoribus, pos-terioribus, & cum quo presupposito scientie, & gratificationis mala fide facta, ita ut intret disposi-tio, vel ratio textus in dicta l. dolo malo procedunt DD. de quibus suprà, & cæteri apud Balthasar. de Tomaso in tract. de inventar. 13c. 9. n. 123.

Ad hunc autem effectum; Scribebas pro hæredi dicebam requiri scientiam veram, & positivam-stante quod agebarum de gravi præjudicio, pro quo incurrendo receptum est, requiri scientiam veram, & non sufficiere præsumptam ex deduc-tis per Adden. ad Gregor. decis. 127. & Adden. ad decis. 542. nu-mer. 90. cum sequen. par. 4. rec. tom. 3. Cum enim agi-tur de beneficio quod expressè, ac nominativè dictum suis novissimum concessum est, non de facili hæres illo privandus est, sed potius imputandum vi-detur ipsis creditoribus anterioribus, cur citatio confectione inventarii, comparere, atque eorum fa-ci-tationem petere neglexerint. *et ex Salycet. Monticul. Phanuc.* & alii plenè habetur apud Gannaver. dicta decis. 8. Idque potius recipiendum dicebam, ubi aliquid notabile temporis intervallum intercalat, ita ut longævum invertimile silentium, justam causam hæredi præbuerit credendi, quod creditors non comparentes, essent satisfacti, unde propter posterioribus cum bona fide soluerit.

Ad quod comprobandum adducebam latè fir-mata per Salgad. in labyrinth. par. 1. capit. 8. nu. 6. cum sequen. & Amat. uar. resol. capit. 11. numer. 1. de credore citato, & negligente comparere, ut anterioritas fa-vores, ac privilegia amittat, ex ratione, seu dispo-sitione textus in l. seco tempore Cod. de remiss. pignor. & videtur admitti per Rotam apud Seraph. decis. 994. num. 2. cum seq. & habetur sub tit. de credito disc. 9.

Atque proximi terminis nostris rectè sentirevi-detur The. jun. dicta q. 16 lib. 2. n. 18 dum dicit, quod si hæres posteriori solvit, anteriore præsente, & non 8 contradicente, tutus redditur, dum ex dispositione textus in dicta l. si eo tempore, contumacia habet vim præsentis, quam lex in odium contumacis singit.

Fortius vero in hac facti specie, in qua hæres formatio concursu super hæreditate, citari fecit sub comminata pena amissionis crediti, omnes creditors ad docendum, & iustificandum eorum credita-

credita, & gradum, unde magis de plano intrare vi-
debat dispositio dicti textus in l. si eo tempore late
exornata per Salgad. loco cit.

Hic tamen non obstantibus, nimium dubitabam
de iuribus rei conveni; Tum ob communem usum
non solvendi, creditoribus hereditariis pecuniam
liberam, etiam, ubi de eo tempore hereditas ido-
nea reputaretur, ob incertitudinem eris alieni, seu
alterius vinculi, quod detegi potest, & de quo usu te-
flantur Valaf. consult. 52. n. 38. in fine Franch. decis.
272. n. 9. & habetur d. ut de credito disc. 59. unde
propterea semper heres dicitur in culpa, omitten-
do id, quod ex communi usu per omnes fieri solet;
Potissimum ubi probabilis suspicio concurreret, quod
hereditas efficit non idonea, vel saltem involuta, ut in
casu suspicionis habetur in dicta dec. 211. par. 10. rec.
Tum certius in hac facti specie, dum ad instantiam
ejusdemmet heredis, formatus erat concursus, per
quem, ipsam hereditatem suspectam, minusque i-
doneam declaravit; Quemadmodum igitur in casu
concursum, per quem bona debitoris viventis, sub
manu, ac administratione Judicis posita sunt, non
licet ipsi debitori, minusque administratori liberè
solvere primo venienti, adeo ut si administrator li-
berè confutat cautione neglecta, solvat, teneatur de
de suo, ut dicto disc. 36. de credito (licet in eo casu
male practicatum) ita dicendum videtur in herede,
qui in proposito dicitur administrator legalis, atque
inter administratores computatur ex deducitis per
Salgad. par. 3. cap. 7. num. 20. cum sequen. & dicto
disc. 36. & 59. de credito, ac aliis sequi; Ita etiam
suadente clara ratione, ne alias in libito heredum
positum sit, colludendo cum creditoribus posteriori-
bus, justollere anterioribus absentibus, vel qui
ratione eratis, aut ignorantia, vel alterius impedi-
mentij, suum prosequi non possunt.

Erlicer eisdem creditoribus anterioribus ex dis-
positione textus in dicta l. finali §. & si prefatam,
de curia contra posteriores, quamvis eis absque
aliqua cautione, vel obligatione de restituendo sol-
lumfit, ita ut posterioribus suffragari non possit
illa bona fidei consumptio, qua ex recepta æquitate
deducta à libertate commercii, suffragatur creditori-
bus satisfactis per principalem debitorem in statu,
quo liberam bonorum administrationem habebat,
quasi quod patrimonium vacans, ac existens sub ad-
ministratione heredis beneficiati, quodammodo as-
similatum videatur patrimonio decocto, seu alias
sub concurso, ac Judicis administratione positio, ex
iis, que habentur deducta sub tit. de Regalibus ad
materiam locorum montium disc. 29. & dicto disc.
36. & 59. dicto tit. de credito, Nihilominus vel hu-
mido actio inanis remanere soleat ob insufficientiam
eorum, quibus solutum est; Vel maximum
est creditorum anteriorum incommodum, repe-
tendin judicio ordinario, & cum requisitis subditi,
id quod alias prompte, & executive in casu cau-
tiovis repete posse; Potissimum vero quia, ubi for-
marus est concursus, tunc ex reformationibus Pii
IV. & Pauli V. creditores dictam cautionem con-
trovertere non possunt, utpotè ibi demandata;
Et in qua reformatione cautum quoque est, ut ad
effectum, quod dicatur inductus concursus, suffi-
ciat instantia trium creditorum; Ideoque licet ex
quadam non scripta a quitate, attentaque veritate
naturali, efficit magnus rigor in mariona in hoc à mi-
nistris decepta; Atamen de stricto jure, ob dictam
circumstantiam jam efformata concursus eibenè co-
gniti, resolutiones justæ vise sunt, ideoque concor-
diam consului.

Card. de Luca P. I. de Hered.

PARMEN.

HAEREDITATIS

PRO.

CATHARINA SPANA

CVM

CREDITORIBUS EJUS FRATRIS.

Responsum ad causam.

De continuatione possessionis bonorum de-
functi in heredem ex Statuto, an, & quando
intret; Et præferrim, an hujusmodi Stata-
ta suffragentur fœminis à successione ex-
clusis sub certa conditione dotis.

SUMMARIUM.

- 1 Fæti series.
- 2 De Statuto Parmen. circa successionem.
- 3 Possessio bonorum non transit in heredem, cui competit interdictum adipiscendo.
- 4 Etiam in iuriis incorporealibus.
- 5 Quid in feudi.
- 6 Quod secus in bonis hereditariis, & quando ex possessione unius rei inferatur ad aliam.
- 7 Falsit accidente Statuto continuativo per quod competit manutentio.
- 8 De Statuto Urbis.
- 9 De jure Regni Siciliae.
- 10 Procedit etiam in Insula Melitana, & de ra-
tione.
- 11 Quanam questiones cadant accidente hoc statuto.
- 12 Non operatur hoc statutum ubi possessio naturalis
est interversa, & ab alio occupata.
- 13 Declaratur quando id procedat, ut scilicet sit in-
terversa per veritatem, non per fictionem.
- 14 Non procedit ubi Statutum habet decrenum an-
nullativum.
- 15 De Statuto Forolivii.
- 16 De ratione conclusionis, de qua num. 14.
- 17 De eadem materia de quanum. 2. & quando quis
dicatur heres.
- 18 De aliis ad materiam hujusmodi Statuti conti-
nuativo remissive.

DISC. XXVI.

D Efuncto ab intestato Joanne Baptista
Spano, superstitibus Cesare masculo, &
quinque filiabus, ex quibus quatuor vi-
tam monasticam elegerant, ultima ve-
ro Catharinam pupillari, vel minori aetate puerla,
in Monasterio educationis gratia existente; Cum
eius curator, ad formam Statuti Patrem. interpel-
lasset pro dote Cesarem fratrem, replicantem non
posse assignare, nec offerre petitam dotem, dum
ea bona, qua in paterna hereditate remanerant,
eo medio tempore inter mortem patris, ac inter-
pellationem, jam distraxerat; Hinc proinde idem
curator obtinuit à Judge ad formam Statuti, seu
decreti continuantis possessionem defuncti in her-
edem ubi decerni manutentionem in possessione
sua portionis hereditarie in bonis, qua licet per
Cesarem fratrem distracta, adhuc tamen per ipsum de-

E 2 factio

De LUCA
de
stamentis
etc.
GYI